



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

Quomodo pelles odoratæ confiantur. Cap. V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

vnguenta olei vice utimur. Plinius myrobalanum appellat: ita & Martialis.

*Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus,*

*Hoc ex vnguento constat, & ex balano.*

Omni odore caeret, ob id ad suscipiendos odores commendata, & quos cooperit odores, diutius retine, nec vi cætera rancefecit, ob id vnguentis nasci dixerunt.

*Quomodo pelles odorat & conficiantur. Cap. V.*

**N**VNC quomodo pelles odorat & conficiantur, disceremus, quod pluribus modis docetur, vel odoratis aquis, vel oleis perungendo, vel floribus tumulando, vt eorum odorem asciscant. Docebimus odoratis aquis, & primo

*Pelles quomodo lauentur,*

Vt ingratum animalium, vel carnium odorem exuant Modus est talis. Lauentur primo vino grecō vocato, scilicet, vt aliquibus horis madescant, post resiccentur, & si adhuc teter odor infestat sires, iterū opus iterare necessitatēt. Abluto foetore, odoratis aquis lauentur. Rosaceæ aquæ partes quatuor parentur, myrti tres, naranctorum florum binæ, loti odorati una, lauendula dimidia, commisceas, & in fideliā patuli oris inde, & in eis pelles madescant per diem, post eximies, & suspensæ exiccentur in umbra, sed quuni resiccationi propinquæ fuerint, ne corrugentur, manibus pertractabis, & agerabis, denuò id ter repeatas, donec aquarum suavitatem redolent, nec illum proisus pellium odorem persipuent. Sequitur dicamus

*Pelles quomodo florum odorem asciscant.*

Oportet prius oleo perungantur, diximus enim basim esse odoramentorum, vt & odorem alliceret, & retinere in re pingui possit. Quod si et oleo communis, sed melius ex myrobalano, vt diximus, quia inolidura est, sed qui rem optimè peragere querunt, ouorum oleum perfundunt, quo modo fieret iam diximus. Modus hic erit. Chirothecas, vel pelles ex interiori parte spongia perlucemus, & præcipue ybi futuræ, vbi id recte perficeris, hec

hoc modo facies florum odorem allicant. Primo violæ emicant vere, & leucoia, mane flores colligendo, cum pellibus floribus inuicem substratis per diem immoren- tur, quum resiccescunt, aut cirius, aut tardius eos projec- cies, nouos impones, ter, quater in die remouedo, & ac- commodando, ne rore madescentes pelles sitū contra- hant. Vbi florere desierint, flores naranctorum, & rosa- rum eodem modo impones, tādem postremus iasmīna erit, qui vsque ad hyemem perdurabit, scilicet urbanus, nam mensibus binis, ternisve floret: sic pelles, vel chi- rothecæ odoratissimæ permanebunt, sed uno anni cur- riculo: breui temporis momento euanebit odor, halit- usq; hebescit, sed si idem secundo feceris, odor diutius permanebit, & iucunditatis gratiam custodiunt. Maxi- me fragrantiam conseruant, magnumq; in odore mo- mentum habebunt, si seruentur loco clauso, vt arculis ligneis, vel plumbeis: at si inter linteal seruabuntur, eo- tum odor absorbetur, & ignave hebescit. Ecce nunc

*Pelles quomodo odoratæ fiant.*

Si prædictis pellibus moschum, ambaram, & zibethum addes, suauius, iucundiusque redolebunt. Vel sumito occidentalis balsami quatuor partes, addatur yna moschi, tantundem ambaræ, & spongia chirothecas perlinae, & suauissimum halitum vibrabunt. Aliam addemus suauissimam compositionem. Accipe ireos partes octo, sandalorum ynam, laseris duas, pulueris rosarum quatuor, agallochij ynam & dimidiam, cinnamomi me- diam, aut si mauis minus, remollitis omnibus aqua ro- facea, & tragacanthæ gummi, super porphyreticum marmor triturabis, ac spōgia chirothecas perlinae, mox cape moschi grana tria, ambaræ duo, zibethi ynam, re- misce, & pelle perlinito. At si pœnituerit odore chiro- thecas perlinitesse, & volumus

*è chirothecis odorem extrahere,*

Vel si aliquem ludificare velimus. Ferueat aliquantis- per rosacea aqua, aut vitæ, & dum adhuc calet, chi- rothecas impone, parumpē immorando, nam ab eo odo- rem omnem auferit, absorbetq; & si hac alias chirothe-

cas madefacies, & resiccari curabis, totum sibi odorem absorbent.

*Odorari pulueres quomodo conficiantur. C A P. VI.*

**A**d pulueres deueniendum, qui odorati sunt simplices, & compositi, ex his replentur puluilli, vnumq; in pellibus, & mistutis. Accipe igitur,

*Puluus cyprius quomodo fiat.*

Muscus quernus, qui moschi odorem spirat, colligatur sincerus, colligendi tempus Decembri, Ianuario & Februario mensibus, dulci aqua quinquies, sexiesve ablatur, ut ritè perlatus sit, post soli exponatur, mox rosaceam aqua biduo madefacta, & iterum sole resiccatur, idq; pluries iterabis, nā quo pluries laueris, eo fragrantius odorem spirabit, resiccatus ærea pila in tenuem puluentem conteratur, incernaturq;. Tandem supra incernitam spargatur, & suo operario cooperiatur, infra accendantur carbones, & supra ebulliant liquores, vel placentum, vel odorati sumi exhalent, ut dicemus, & id quanto crebrius feceris, eo maiorem odorem combibet, & diutius retinēbit. At ubi odorem satis concepisse noueris, huius pulueris libram sume, moschi, ac zibethi puluerati parum, sandalorum, & rosarum sufficientem partem. Conteratur in ærea pila moschum, inde paulatim puluerem inspargendo, in pila conteratur, miscatūq;. Puluerem tādem in phialam reconde operculatam, non transpiret, nam hebesceret, & exolesceret odor. Huius pulueris variæ sunt compositiones, quas recensere longum esset. Fiunt albi, nigri, fuscæ, variorumq; colorum. Alba ex gypso crudo conficitur, prius rosacea, velodorata aqua eluitur, addendo moschum, ambaram, zibethum, & alia, & sic longe suum odorem eructabit.

*Quomodo mistura odorata fiane. C A P. VII.*

**F**IVNT & variæ odoratæ misturæ, ex quibus globuli precarij fieri solent ad preces numerandas, & velle exornandas, fiunt & simigmata lapones vulgo dicti ad cluendas, detergendas, ac odore manus commendandas. Vnde si velimus

*Globu-*